



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in  
co[n]uentu Norembergensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,  
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab  
eodem legato|| ...**

**Hadrian <VI., Papst>**

**Norembergæ, 1523**

**VD16 K 320**

60 De Aliis Illicitis Et Invilibvs expensis causarum prophanarum, quæ ad Ecclesiasticos iudices trahuntur, ac denuo remittuntur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

mum lapidem peregre abesse contingit, primum requirere,  
dehinc literas missionum ab his impetrare, ac tandem eas  
ipsas iudicibus ecclesiasticis mittere cogantur: interim nun-  
cij ad hoc conductis erogada est pecunia, cestandum a quoti-  
dianis operibus, ferendę impensę, itinerum atq; aduocatorū.  
Qz si forte superiores suos in ius vocati nō continuo implo-  
rauerint, missionum literas impetrarint, easq; iudicibus pre-  
dictis transmiserint, ac ad monitionē vscq; processum interea-  
siet, iam ecclesiastici iudices vel requisiti hinc a vocatorū su-  
perioribus, quæcunq; tandem in ius vocati sit causa, remitte-  
re tamen ita vocatos atq; admonitos ad ordinarium iudicem  
laicum recusant.

**Q** IUDICES ECCLESIASTICI CAUSAS  
aliquot speciales, licet laicas, ita suæ afferant ditioni,  
vt omnino eas remittere nolint.

Quum apud ecclesiasticum iudicem ob decerptum virgi- 59  
nitatis florem; item ob illegittime natorum, hoc est naturaliū  
liberum statum, aut seruientiū mercedem, viduarumue, quæ  
cunq; etiam iudicio ventilantur causæ, contra laicos reos, tū  
vel interpellati a litigantium laicorum superiorib<sup>o</sup>, iudices  
ecclesiastici, terminum tamen sistendi iure, nec circumduce-  
re, aut ad se in ius vocatos, ordinariæ iurisdictioni vt remittat,  
precibus induci possunt.

**D**E ALIIS ILLICITIS ET INVILIBVS  
expensis causarum prophanarum, quæ ad Ecclesiasticos ius-  
dices trahuntur, ac denuo remittuntur.

Ad hæc, quum laicus coram iudice ecclesiastico, vt supra 60  
dictum est, inique in ius vocatur, demumq; ad petitionem iu-  
dicis ordinarij remittitur, tunc temere agentis procurator,  
qui tam male in ius vocari fecerat laicum reum, mercedem  
suam, a conuento, qui tamen temere ad vetitum tractus fuit  
iudicium, petit, cogiturq; dehinc excommunicationis poena in-  
nocēs ille vltra expensas, quas ob malam in ius vocationem

E ij

In itinera, procuratores, proq̄ impetrandis & redimendis  
missionum literis, necessario expenderat. Adde & neglectas  
rum operum estimationem, iam tandem nulliter & inique  
emissos iudicarios processus persoluere, atq̄ egrē non immo  
dico coactus licet pensare. Namq; id si forte recuset, anathē  
matis præsto est gladius, hoc ei minantur iudices ecclesiastici  
fulmen, ni persolutis vocationum literis, habendi libidinem  
ipsorum satiauerint. Ita afflito additur afflictio. Neq; iuris  
ratio, quæ temere in ius vocato, refundendas dictat expen  
fas, a iudicibus his curatur quicq; immo iudicarius hic eorū  
ordo, ex diametro, quod aiunt, cum iuris boniq; & æqui or  
dine pugnat. Eum tamen iudiciorum ordinem, non ob aliud,  
quantum coniectura assequi licet; hactenus ita religiose ob  
seruarunt, q; vt plurima actorum turba per hoc ad eorum al  
liceretur tribunal. Ita semper iniquum, ex re, quæ merito de  
bebat esse æquissima, student facere lucrum.

### QVOMODO NOVAE PER VIOLENTIAM

instituantur decimaru; præstationes,

- 61 Item et si laici per multa annorum currícula de certis eorū  
prædijs, neq; maiores neq; exiguae, vt vocant, præstiterint de  
cimas, tamen per ecclesiasticos iudices, apud quos iniquis li  
citant conditionib; auctoritate iudicaria, ita eis fit nego  
cium, vt aut petitas iudicio decimas, siue quidpiam aliud est,  
quod ab eis exigitur, præstare, persoluereq; aut excōmunica  
tionis poenam ferre, necessum habeant. Necq; hoc temere. Nā  
etiā si a sententia quantūvis iniqua Romā appellauerint, non  
eos fugit q; onerosus atq; dispar sit & illuc litium euentus.

### QVO PACTO ECCLESIASTICORVM officiales ac suffecti, & ipsi laicos ad ecclesiasticorū tribunal in ius trahere conentur.

- 62 Ad hæc omnia personæ ecclesiasticae nedum ipsæ per se  
laicos, quibus dictum est, ac similibus casibus, ad ecclesiasti  
cos trahunt iudices, verum etiam ecclesiasticorum officiales,